

7-27

IN S. CAMILLUM DE LELLIS

HYMNUS.

QUotquot supremo tempore
Dextro juvari Numine
Desideratis, supplices
Preces Camillo fundite;

Mollis juventae crimina
Moestis redemit imbribus;
Dolensque vera reddidit
Foetae parentis somnia.

Se namque totum sedulo
Ægris levandis tradidit,
Tergere sordes, ulcera
Curare, lectos sternere,

Quin mortis in discriminine
Ut ferret unus omnibus
Opem periclitantibus,
Lecto praeivit Coetui.

Quot arma, quotque praelia
Cœco furore percitus
Imis ab Orci sedibus
Immanis Hostis impulit!

Sed ille Christum tendere
Avulsa ligno brachia,
Sibi, statimque Tartari
Eversa vidit agmina.

Illum labor nec improbus,
Nec pestis unquam terruit,
Quum dente soevæ tabida
Depasceretur corpora.

Hinc visus est fungentibus
Sacto pioque munere
Plerumque verba subdere
Cœlestis Aulae Nuncius.

Hinc & futura pandere,
Et nosse cordis abdita,
Legesque rebus insitas
Datum Camillo vertere.

Laboriosum denique
Cursum peregit firmiter,
Et clara longe clarior
Praetervolavit sidera.

Et hunc Beatus impetrat,
In maximo luctantibus
Agone, nobis vincere,
Palmamque ferre gloriae:

Deo Patri cum Filio
Et Spiritu Paraclito
Sit laus simul per omnia
Æternitatis saecula.

ANTIPHONA.

Hic vir despiciens mundum & terrena; triumphans, Divitias cœlo
condidit ore, manu.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
R. Et ostendit illi regnum Dei.

ORATIO.

DEUS, qui Sanctum Camillum ad animarum in extremo agone lux
etantium subsidium singulari Charitatis praerogativa decorasti: ejus, quae-
sumus, meritis, Spiritum nobis tuae dilectionis infundé, ut in hora exis-
tus nostri hostem vincere, & ad coelestem mereamur Coronam perve-
nire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

L' Eccellenzissimo e Reverendissimo Monsignor Fra D. FERDINANDO MÁITTEI Arcives-
tovo di Rodi, e Vescovo di Malta, concede quaranta giorni d'Indulgenza a chiunque
reciterà divotamente il suddetto Inno in onore di S. CAMILLO, che si venera nella Veneranda
Chiesa di S. Giacomo Appostolo, della quale ne hanno cura i Reverendi Sacerdoti che assistono
a ben morire.